MONUMENTA
GERMANIAE

sari. Anibaldus de Anibaldis et Iohannes de Sabel
lis et Thebaldus de Campo Floris se obtulerunt Th'aldus C
contra omnes cesari parituros, sue cognationis
viris duntaxat exemptis. Erant enim Ursinorum
afines, quam condicionem Cesar egre tandem
admisit et in scriptis redigi imperavit. Et Stepha
num quidem datis obsidibus liberum abire permisit, ce
teros retineri iussit et fortalicia reddi. Hinc in
sultus oriuntur, vulneraciones et cedes, privata
quoque odia publice deteguntur. Vincunt ergo
partes cesaris, postea dilabuntur. Et crescente
Ursine fama victorie fautores cesaris peni-
tudine subtrahuntur. Admiratus quoque re- penitudine C.
gis Roberti vocatos a cesare Pisanos balista-
rios invasit [c]ciditque incautos. His cesar
agitatus angustiis soli expediende coronacio-
ni intentus ~~cu~~ in Laterano cum in ecclesia apo-
stolorum Petri et Pauli non posset aureum dy-
adema suscepit. Artatus deinde victualium
et pecuniarum inopia et Romanis ob quesitam
contribucionem turbato populo Tyburcium ce-
sar abiit relicto cum Columpnensibus in
urbe CCCC militum manipulo. Ad Iohannem
autem reg~~um~~is Roberti germanum undique mili reg C
tes confluebant donec papalibus rescriptis tam
cesaris quam regis Roberti copie² pelluntur ab tobie C
urbe. Post hoc cesar fortunam

experiri conatur visus per innocuos tractare va-
ria et plurima policeri. Et profectus usque ad